



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Matrimonij impedimenta, non dirime[n]tia tamen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

*Matrimonij impedimenta, non dirimentia
tamen.*

- 1 Prohibitio Episcopi vel Parochi: contra quam facere mortale quidam putant, alij veniale censent. * *Nau. c. 22. num. 68.*
- 2 Tempus ab Aduentu vsque ad Epiphaniã inclusiuẽ, & a die Cinerum vsque ad Octauã Paschæ; quo tempore nõ licet benedictio nuptialis, nec cõuiuium, nec ad domum traductio. At sine his matrimonium contrahere licet, & consummare: etsi consummare quidã negant licere, nisi cum ritẽ est benedictũ. * *Conar. l. c. 8. §. 11. num. 2. Nau. l. c. nu. 71. Trid. sess. 24. c. 10. de form. mat.*
- 3 Sponsalia cum altera, non ritẽ dirempta. * *Nau. l. c. num. 74. Tol. 7. c. 14.*
- 4 Affinitas contracta per catechismum inter respondeantem, & catechizatum; sed sublata est per Concilium Tridentinum. * *Non sublatum collige ex Nau. l. c. num. 40. Tol. l. c. Ledes. q. 56. art. 3. col. 9. Vin. nu. 90. Val. t. 4. d. 10. p. 5. p. 4.*
- 5 Votum castitatis, vel Religionis. * *Nau. num. 73. Tol. l. c.*
- 6 Vxoridium, nisi esset in adulterio deprehensa: quidam tamen etiam impedire aiunt. Sunt & qui putent etiam viricidium, quod alij negant. * *Can. Admonere 33. q. 2. Val. l. c. Vide Nau. n. 74.*

Viricidium } *Nau. c. 22. nu. 74. cum Palud.*

Negant } *Tol. l. c. c. 15. Viñ. nu. 292.*

7 Incestus cum vxoris viuentis consanguineis intra secundū gradum, nisi sit occultus.

* *C. 1. de eo, qui cogno. Tol. l. c. 15. vsque ad quartum gradum. Incestus etiam cum propria consanguinea, secundum Nauar. 75. & Val. l. c. contra Sor. d. 37. q. 1. art. 2. Ledes. q. 58. art. 4. Vide Vinal. nu. 93.*

8 Vi accipere alienam sponsam. * *Tol. l. c. Vide Nau. 74.*

9 Conuictum esse in iudicio, Sacerdotem occidisse.

* *Tol. l. c. nu. 6. Syl. Matr. 7. nu. 16. Val. l. c.*

10 Solemnem agere pœnitentiã, dum agit.

* *C. Antiqui 33. q. 2. Val. l. c.*

11 Fieri patrinum filij, ne possit vxor petere debitum.

Potest in prædictis Episcopus dispensare, cum est periculum incontinentiæ. Non debet autem Episcopus, nisi urgente causa concedere tempore prohibito nuptiarum celebrationem, nec tunc etiam cum populi frequentia.

* *Val. l. c. c. de eo 30. q. 1. Vinal. nu. 104.*

Addunt multi, matrimonium scienter cum moniali contractum. *C. ergo 27. q. 1. Val. l. c.*

Potest } *Ledes. l. c. Vide Tol. l. c. c. 14. numer. 4. Fum. l. c. nu. 55. Nau. c. 22. nume. 85. Val. l. c. excipie castitatem, & religionem. Vinal. nu. 110.*

Episc.

Episcopus potest etiam dispensare in dirimentibus matrimonio contracto iam superuenientibus ad debitum petendum, *Nau. c. 26. n. 30. 34. Val. l. c. Syl. matrim. §. 7.*

Impedimenta dirimentia, vide Episcopus.

Error scilicet cum creditur esse personæ quæ non est (secus est si erretur in personæ qualitate, ut diuitijs, aut nobilitate) aut à libero credatur esse liber qui seruus est. Quod si error qualitatis ad errorem personæ pertineret, dirimeret, ut si intendebat cum primogenito contrahere, cum talis non sit, sed secundus aut tertius.

Si liber seruum ducat Domino præsentem, & tacente seruitutem, fit ille liber, & tenet matrimonium.

Si Dominus ducat ancillam propriam, hoc ipso facere liberam alij aiunt, alij negant, & quidem probabilius.

Cum seruo inuito eius Domino potest contrahere & seruus, & liber. Non potest quidem Dominus prohibere, sed non tenetur consentire, ne sibi præiudicet.

Dominus consentiens in serui matrimonium, tenetur permittere, ut cohabitent, quantum opus est ad reddendum debitum. Quod si illo inuito seruus contraxit, cæteris paribus magis Domino tenetur quam uxori (in dubio